



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sacramentis, Mille Sexcenti Errores, Vaniloquia, Et  
Cavillationes**

**Miletus, Vitus**

**Mogvntiae, 1593**

**VD16 M 5205**

De Sacramento Matrimonij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30094**

### Millesexcenti Errores,

dentes & Episcopi. At cur hoc faciant, rationem habent reduntq; nullam, nisi forte eam, quam Lutherus suos dare docuit discipulos, inquiens: *Si Papistici a fini rationem querant, obsecro, aliam ne detis, quam omnes Papas & Papistas esse asinos, Martinum vero Lutherum Doctorem esse, super omnes Doctores in toto Papatu.* Tom. 4.

*Im Bericht aufz zwei fragen.*

1596. Vnumquemq; ministerium verbi, si necesse sit, quāuis legitimè vocatus non sit, exercere posse. *Luth. Tom. 7. de Instit. Ministr. ad Pragens.* Cum alio loco eiusmodi Ministros Carnifici tradendos contendat. Tom. 3. in Ps. 82. Idem Tom. 1. in cap. 1. ad Gal. Et Tom. 2. in epist. ad Eberhard. à Thaen.

1597. Non esse necessarium, ad legitimam vocationem, ab Episcopis vocari & ordinari. *Luth. Tom. 7. de Miss. priu. et ord. Sac.* Cum nullam aliam legitimam vocationem vñquam post Apostolos in Ecclesia fuisse, ipse agnoscat alibi. Tom. 1. in c. 1. ad Gal.

## DE SACRAMENTO Matrimonij.

1598. **P**ontificios docere, per Matrimonium ianuam aperiri, occasionemq; dari ad omnem impudicitiam. *Erbenius in specul. Iesuit. Et omnes paſsim.* Nimis sanè impudenter, Cum non solum Matrimonium, thorum immaculatum, sed Sacmentum esse doceant, à Deo institutum & sanctificatum: Nemo sanè vir honestus, id de Pontificiis suisq; Maistoribus, à quibus ortus est, vñquam dixit, vel docuit: Et tamen talia de Pontificiis calumniari & comminisci non verentur?

1599. Pontificios prohibere legitima matrimonia eorum, qui continentiam voverunt, quām seruare non possunt. *Idem eo loc.* Falsa omnia. Neq; enim legitima prohibent, cum ipsis paſsim celebrent: Neq; legitima eorum sunt aut esse possunt, qui continentiam voverunt, ut infr. Neq; verum est, quemquam esse hominum, qui si velit, & auxilium Dei postulet, continere nō possit,

possit, quid enim nō possumus, in eo qui nos confortat? de quo  
Apost. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Et ipse, qui, ut alius loquit̄ <sup>P̄bili⁹. 4⁹.</sup>  
Apost. dat omnibus affluenter. *Si potes credere, omnia possibilia sunt* <sup>Iacob. 1⁹.</sup>  
*Quæcumq; petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis,* &c. an *Ioh. 14. 15.*  
ergo non dabit continentiam, si petas?

1600. Impossibilem esse continentia. Naturę non gratiæ.  
Inf. Veruntamen, quoniam nimis incontinentes Ministri, do-  
ctrinam hanc in Deum & Naturā contumeliosam, inuixerunt,  
quæ ab ipsis, continuerint ne ipsis, ipsorumq; filij & filiæ, prius-  
quam nuptias celebrarent, néc ne? si enim nō continuerunt, qd  
inferatur vident, nempe prius fuisse fornicatos, quām coniuga-  
tos. Si autem continuerunt, doctrina ergo ipsorum, nempe im-  
possibilem esse continentiam, vel ipsis testibus falsa est, quomodo  
enim si impossibilis esset, ipsi ipsorumq; filij & filiæ vsq; ad cele-  
bratas eorum nuptias continuerunt, aut continere potuerunt?  
Non ergo impossibilis est cum gratia Dei continentia, sed bla-  
phemain Deum & naturam eorum doctrina. Inf.

1601. Matrimonium Christianorum non esse Sacra-  
mentum. *Luth. de Confess. Cœnæ. Tom. 2. Et paſsim.* Cum alibi Sacra-  
mentum esse contendat. *Serm. de Matrim. Tom. 6. & Tom. 5. sup.*  
24. cap. *Genes.* Idem alij supr. de Numer. Sacram.

1602. Non esse auscultandum, quid alij, sed quid doceat  
Christus & Apostoli. Atqui hæc sunt verba Apostoli, *Sacramentū Epheſ. 5⁹.*  
hoc (Matrim.) magnum est in Christo & Ecclesia. An magnum Sa-  
cramentum, non est Sacramentum?

1603. Non rectè colligi ex loco Apostoli allegato, Matrim.  
esse Sacramentum propriè dictum, cum græco ipsum vocabulo  
Mysterium appellari, non Sacramentum. Quasi Baptismus  
quoq; & Eucharistia, non appellantur græcè mysteria. An nec  
ista Sacra-menta?

1604. Multa esse mysteria, quæ tamen non sint Sacra-  
menta. Quis negat? quis nescit? veruntamen, si non omnia, quædam  
tñ sunt Sacra-menta, quæ autem sint, quæ ne nō sint, nemo rectius  
& securius definit, quām tota Christi Ecclesia, quæ ex omnibus,  
non nisi septem esse propriè dicta, definiuit. 1605:

*Millesexcenti Errores,*

1605. Græcos non colligere ex loco allegato, Matrimonium esse Sacramentum. Cum requisitus ab ipsis Ieremias Patriarcha Constantinopolitanus, id colligat in sua Censur. ad Confess. August. cap. 7.

1606. Matrimonium esse quidem sacramentum, sed non propriè dictum. Kemnit. Cum in scripturis sacris, nec quid propriè, nec quid impropriè sacramentum sit exprimatur; Eadem autem Ecclesia, quæ Baptismum & Eucharistiam sacramenta esse propriè dicta definiuit, matrimonium quoq; esse definiuit.

1607. Matrimonium non habere mandatum in sacris literis. At qualerequirunt? Neq; enim cuiquam mandatum, sed omnibus relictum est liberum, dicente Apostolo, *Qui nubit bene facit, qui non nubit melius facit.*

1608. Matrimonium, non habere promissionem gratiæ, quæ in sacramento quolibet necessariò requiritur. At dicant, que scriptura eam necessariò requirat? Et quis ambigat, piorum & Christianorum coniugium, benedictionem & gratiam habere à Deo?

1609. Matrimonium, non habere promissionem gratiæ iustificantis. At talem in omni sacramento requiri, nullus vñquā dixit Theologus.

1610. Neminem ante Gregorium vidisse aut docuisse, matrimonium esse sacramentum. Atqui Leo, qui annis 150. Gregorium antecelsit, in epistola 2. ad Rusticum Episcopum Narbon. cap. 4. sic scribit, *Cum Societas nuptiarum ab initio sic constituta sit, ut præter sexuum coniunctionem haberet in se Christi & Ecclesiæ sacramentum, dubium non est, eam mulierem ad matrimonium non pertinere, in qua docetur, nuptiale non fuisse mysterium.* Idem Ambrosi. in cap. 5. ad Ephes. Et lib. de Abraham cap. 7. Innocent. primus epistol. 4. ad Probum. Cyrill. lib. 2. in Ioan. cap. 22. quibus locis etiam gratiam habere affirmant.

1611. Nusquam ab Augustino Matrimonium vocari sacramentum. Beza in annotat. in cap. 5. ad Ephes. At hæc sunt verba Augustini de Bon. Coniugal. cap. 18. *In nostrorum nuptiis plus vallet sa-*

*¶ Cor. 7.*

*Epist. 2. ad  
Rust. cap. 4.*

*Ier sanctitas Sacramenti, quam fœcunditas vteri. Et cap. 24. Bonam nuptiarum per omnes gentes atq; omnes homines in causa generandie est, & in fide castitatis, quod autem ad populus Dei pertinet, etiam in sanctitate Sacramenti. Et alibi, In Ecclesia nuptiarum non solum vinculum, sed De Fid. Operibus, cap. 7:*

1612. Augustinum in locis allegatis, Matrimonium largo duntaxat modo vocare Sacramentum. Cum de eo loquatur, ut distinguitur contra matrimonium infidelium, quod vtiq; largo modo Sacramentum est, *cap. Gaudemus, de diuort.*

1613. Non recte colligi Matrimonium esse Sacramentum, quod rei spiritualis sit signum, hac enim ratione infinita propter modum alia futura Sacraenta, cum plurima sint rerum spiritualium signa. *Luth. Atqui Pontificij non ex solo id colligunt signo, sed quia est signum à Deo institutum cum promissione gratiæ.*

1614. Ab initio mundi, & ante Christum non minus matrimonia fuisse firma & rata, ac post Christum, proinde dicendum esse, aut illa quoq; fuisse Sacramentum, aut nostra quoq;, sicut & illa non esse Sacramentum. *Luth. de Capt. Babyl. Quasi institutio Matrimonij, & institutio Sacramenti idem sint? Quamvis verò gentium matrimonia rata sint fuerintq;, non tamē adeò sunt penitus indissolubilia, sicut nostra, proinde nec Sacramenta.*

1615. Non minus matrimonia gentium, ac Christianorum esse sancta. *Luth. cit. Sed si dixisset non minus esse sancta, ac monachorum & monacharum apostatarum, non aberrasset, hæc enim nec matrimonia quidem sunt; alioquin August. vel sola sanctitate, matrimonia Christianorum distinguunt à prophanis infidelium. Supra.*

1616. Matrimonium, rem esse prorsus sæcularem. *Luth. de Vit. coniug. tom. 6. et in cap. 5. Matth. tom. 4. Sæcularis hominis, nullius veri Ministri Dei vox, maximè cum (vt in omnibus sollet) eodem loc. planè doceat oppositum. Idem in Concione 16 nuptial. tom. 4.*

1617. Matrimonium non esse magis Sacramentum, quam  
Aaa Agri-

## Millesexcenti Errores,

Agriculturam vel artem Sutoriam. *Calu. lib. 4. inst. cap. 19. § 34.*  
Nescio, an Sutoris, vel Suis vox potius? Cuius enim obsecro sa -  
cræ reis signum est Sutor, vel eius forma Sutoria?

1618. Matrimonium non esse cæmoniam sacram, à Deo  
institutam, sed rem & contractum naturalem. *Caluin. cit.* Quasi  
res spiritualis, si ad significandum aliquid spirituale instituatur,  
sacra non sit cæmonia? An enim lauari aqua, manducare pa -  
nem, & bibere vinum, res non sunt naturales? an eadem non  
sunt sacra signa & cæmonia?

1619. Admirandos esse Pontificios, quod matrimonii Sa -  
cramentum esse velint, cum ipsum passim appellant immundi -  
tiem, pollutionem, sordes, inquinamentum carnis, & carnalem  
iniquitatem? An idem sordes & Sacramentum? *Caluin. loc. cit. et*  
*passim.* At qui vñquam carnalem matrimonium legitimū dixerit  
iniquitatem, nullus est Pontificius, puræ sunt calumnia, quomo -  
do enim Sacramentum esse docerent, si peccatum esse censerent?  
Pollutum verò, carnale & inquinatum dicitur, non qua parte  
Sacramentum est, cum thorax sit sanctus & immaculatus, sed ad  
virginitatem comparatum, quæ nulla ex parte in carne pollui -  
tur, iuxta illud, *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coquinati, vir -*  
*gines enim sunt, & sequuntur agnum.* Sancti ergò sunt & immacula -  
ti coniuges, nontamen sicut virgines.

*Hebr. 13.*

*Apoc. 14.*

*Iob. 14.*

*1. Cor. 7.*

1620. Nullo prorsus sensu, matrimonia dici posse immun -  
da vel carnalia. Quid est ergò, quod ait Iob, *Homo conceptus deim -*  
*mundo semine?* Et Apost. *Virgo, quæ Dei sunt, cogitat, quomodo placeat*  
*Deo, ut sit sancta corpore & spiritu; qui autem in carne sunt, Deoplaceare*  
*non possunt; qui cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo*  
*placeat uxori, & diuisus est.* Hæc & similia prius explicit, actum  
demum Pontificios, omnesque veteres Patres reprehendant, ac  
ne matrimonia sua polluant, caueant.

1621. Syricum Papam, aliasq; Papistas, passim vocare ma -  
trimonia, polluta, immūda, ac inde probare, non licet. Sacerdo -  
tibus, qui mundi & impollutie esse debent, contrahere matrimo -  
nium, iuxta illud Prophetæ, *Mundamini, qui vasa fertis Domini.*  
*Calu. Kem.* At constat, eos non loqui de matrimonio Laicorum,

*Epiſt. ad Hime -*  
*rium Tarragon.*

*Eſaia 52.*

sed clericorum, quæ quamdiu sunt lege prohibita, non solùm sunt polluta & imunda, sed sacrilegia, adulteria, & fornicationes.  
1622. Pontificios docere, Matrim. pugnare cum Sacramen-  
to Ord. eò quòd ordinati non possint esse coniugati. *Idem*. Atqui aliqua ex parte pugnare non est dubiū, Inquit enim Apost. Eos, 1. Cor. 7.  
qui matrimonio iuncti sunt, non cogitare quæ sunt Dei, sed quæ sunt mundi, ac diuisos esse, Sacerdotes vero & veros Christi mi-  
nistros cogitare debere, quæ sunt Christi, quis dubitat? Simpliciter tñ pugnare nemo docet, multi .n. post matrimonium ordinant.

1623. Sacrilegos esse Pontificios, qui cum matrimoniu rem  
asserant esse sacrosancta, immo Sacramentu ab ipso tamen suos ar-  
ceant ministros, qui ea occasione in omnem prolabantur turpi-  
tudinem. An ergo sacrilegus Paulus? qui non attenta matrimo-  
niis sanctitate, vel necessitate, virginitatem præfert, & omnibus  
suader? An suadet, vt se quisquā periculo exponat turpitudinis?

1624. Apostolum velle, vt unusquisq; (ministris non ex-  
ceptis) suam habeat vxorem, propter fornicationem. Cum nec  
ipse dum stimulo carnis agitaretur, vxorem duxerit, & virgini-  
tatem omnibus suaserit, ac de coniugatis scribat, vt qui habent  
vxores, sint tanquam non habentes, 1. Cor. 7.

1625. Apostolū expressè scribere, Episcopū vnius esse debere 1. Timot. 3.  
vxoris virū. Sed cur vnius, & non pluriū? & cur ipsi pluriū? An &  
Laici vnius tenentur esse vxoris viri? An non alio loco idē Apost. Tit. 16  
Episcopū vult esse continentem? An continere debent mariti? a-  
lius ergo quærendus est sensus verborū Apostoli, quem nemo re-  
ctius explicat, quā quæ spiritu Dei regitur, Ecclesia Catholica.

1626. Pontificios docere, actum coniugalē Sacramentū esse,  
vel partem Sacramenti. Cal. Minimè: docent .n. matrimonium  
ratum verum esse Sacramentum, tametsi actu non consumetur,  
iuxta illud Ambr. Non defloratio virginitatis facit coniugiū, sed pactio Libr. 2. de inst. 6.  
coniugalis. Idem Aug. lib. 1. de Nupt. & Concup. cap. 11. virginis, cap. 6.  
1627. Gratianum & Lombard. expressè dicere, sine copula Vid. Grat. 27.  
matrimoniu non esse Sacramentū, sicut enim habet Can. Cum soci Grat. 27. q. 1.  
etas nuptiarū sic ab initio constituta sit, ut præter sexuū commixtionem non Magist. 4. d. 25  
haberet

### Millesexcenti Errores,

*haberet in se Christi & Ecclesiae Sacramentum. Caluin.* At dubium non est, quin verba ista depravatae à Gratiano & Magistro legantur & citentur, desumpta sunt enim ex Leone epist. 92. ad Rusticum, in qua non habetur illa particula negativa (*Non*). Et sic legendum esse patet ex ipsa Leonis probatione, intendit enim eo loco probare, Concubinam non esse veram uxorem, tametsi sexuum commixtio interueniat, hanc enim non efficere, sed effectum perficere matrimonium, & verum matrimonium præter sexuum commixtionem habere in se Christi & Ecclesiae Sacramentum.

1628. Pontificios docere, In copula coniugali, non dari gratiam, nec adesse spiritum sanctum, cum tamen eandem doceant esse partem Sacramenti, ubi autem est Sacramentum, ibi & gratiam esse necesse est. *Caluin. loc. cit.* At in primis copulam esse partem Sacramenti essentialē (vt sup.) Pontificij non docent. In copula vero coniugali non adesse ullo modo Spiritum sanctum, nemo constanter afferuit, nam Canon ille Connubia. 32. q. 2. quem Caluinus allegat, desumptus est ex Orig. homil. 6. in Num. ubi id quidem affirmit, sed addit: *Ego autem, licet non vñq. quaq. pronunciem, puto tamen, &c.* Quapropter licet id afferat, solus tamen, nec alia ratione afferit, quam quod sibi ita videatur. *Vn-*

*Lib. 4. cont. Iu. de August. bonum ait beatificum est, quando quis vtitur coniugis carne, lian. cap. 5.* non ad libidinem explendam, sed ad sobolem & ad Dei gloriam propagandam.

*Sess. 4.*

1629. Falsum esse, quod Concilium Trid. pronunciat, omnes Patres, omniaque Concilia tradidisse matrimonium esse Sacramentum, cum ante Concilium Constant. & Florent. Sacramentum esse nemot traxiderit. *Kemn.* At quid Patres senserint, supra ostendimus. Concilia vero ante Florentinum, Sacramentum esse non diffinierunt, quia Sacramentum esse nulli haeretici negauerunt, si qui controvenerint, id, ut postea factum est, declarassent & definiissent.

*Vid. Capr. in 4 d. 26 q. unica artic. 3.* 1630. Durandum & quosdam alios negare, matrimonium esse propriè Sacramentum. *Kem.* Cum id solus senserit Durand. suamque sententiam correxerit postea, ac Sacramentum esse pro-

priè,

priè, non tamen vniuocè concesserit. Eius verò argumenta, quæ Kemnitius tanquam diuina quædam exceptit oracula, satis superq; ab aliis sunt Scholasticis examinata & refutata.

1631. Iurisconsultos & Canonistas negare, matrimonium esse Sacramentum, cum sit contractus naturalis & Civilis. *Kemn. ex Durand.* Cum ex toto iuris corpore, Canonem proferre queant nullum, ex quo opinionem suam probent. Ac cum de Sacramentis agitur, magis auscultandum sit Theologis, quam Iureconsultis vel Canonistis.

1632. Canonistas evidenti ratione probare, matrimonium non esse Sacramentum, nec conferre gratiam, quia nimis lictè sit pactum de matrimonio contrahendo, si certa pecunia summa numeretur, quod illicitum foret, si matrimonium gratiam conferret, esset enim sacrilegium, & crimen Simoniae, gratiā Dei pecunia emere & vendere. *Kemnit. ex Durand.* Quasi verò eiusmodi pecunia pro Sacramento numeretur vel accipiatur, & non magis pro contractu illo ciuili, ad onera matrimonij relevanda.

1633. Non esse contemnendam, hac in parte, sententiam Canonistarum, ut potè qui probè nōrint fidem Ecclesiæ Romanae. *Kemn.* At si nōrunt, Matrimonium ergo Sacramentum esse, gratiamq; conferre ignorare non possunt, hoc enim Ecclesia tenet Romana. Veruntamen esto aliqui fuerint, qui in ea fuerint sententia, communior tamen semper fuit opposita in Rubr. de Sponsalib. & Matrim. ut notauit Nauarr. in Enchyr. cap. 19. num. 22.

1634. Matrimonium non posse nec primam, nec secundam conferre gratiam, cum continentibus potius, quam matrimonio iunctis gratia promittatur, dicente Apostolo, *Qui nubit, bene p. Cor. 7.* facit, quin non nubit, melius facit. *Kemnit.* Quasi qui continentia maiorem, matrimonio gratiam ascribat nullam? an enim, quæ gradu aliquo differunt, in gradu nullo conueniunt?

1635. Stultos fore omnes homines, qui cum extra matrimonium per continentiam gratiam habere possint maiorem,

A 2 a 3 matri-

## Millesexcenti Errores,

matrimonium tamen contrahant. At cum Apostolo contendant, qui verbis disertis ait, melius facere qui non nubit, quam qui nubit, non ait, stulte; sed, melius facit. Vnde ibidem, optat omnes esse sicut ipse, & subdit, Reliquum est, ut qui habent uxores, sint tanquam non habentes. Et Christus. Qui potest capere capiat, sunt enim qui se castigerunt propter regnum cœlorum.

*Matth. 19.*

1636. Insulsos esse Pontificios, quod Matrimonium Sacramentum esse velint, cum nec certam ei assignent materiam, nec formam, vanas etiam & incertas esse scholasticorum opiniones, nec ipsum Concilium Tridentinum certi aliquid definire Kenn. At quicquid sit de materia & forma propria, certum est nemine Theologorum vel scholasticorum negare, matrimonium esse Sacramentum: Materiam autem & Ministrum plerique ipsos contrahentes, formam vero, verba externa, mutuum consensum ex primentia, statuunt.

1637. Absurdum videri, Eandem in matrimonio causam esse efficientem, & materialem, cum ergo Contrahentes causa sint efficiens, materialem esse non posse: At in hoc contractu, in quo seipso mutuo vendunt contrahentes, id minimè videri debet absurdum, sicut si quis seipsum alteri in seruum vendat, isipse est, qui se vendit, & materia, qua ipso vendente venditur & emitur.

*Matth. 19:*

1638. Gropperum scribere, matrimonij formam esse verba Christi. Quod DEVIS coniunxit, homo non separat. Kenn. At Gropperus in suo illo Enchyridio Christianæ institut. tract. de Matr. colligit quidem formam ex illis verbis, sed formam esse non dicit, quin planè oppositum affirmat, ait enim, superest ut verbum est elementum huius Sacramenti indicemus, et gratiam insuper in eo conferri demonstremus, Verbum igitur huius Sacramenti, quo accedente ad elementum fit Sacramentum, id nimis est, quo ambo mas, et fœmina, cum pietatis respectu, qua in Domino est, sibi inuicem fidem coniugalem dant, accipiuntque non quouis modo, sed in Dei nomine coniunguntur et pulantur. Hæc Gropperus.

1639. Vanos esse Pontificios, quod Matrimonium verbo constare velint, ut forma, cum solo nutu, vel literis, aut copula perfici

perfici posse non negent. Quasi nutus & literæ aliud sint, quām verba muta, quæ in hoc Sacramento propter contractum ciuilē sufficiunt. Vnde Concil. Flo. non absolutè & necessariò, sed regulariter, verba coniugum in hoc Sacramento adhiberi dixit.

1649. Matrimonium illud, maximè quod sine ministro Sa-  
cristiq; contrahitur verbis, pro Sacramento censeri non posse, eò  
quòd omne Sacramentū cæremonia quædam sit & esse debeat sa-  
cra, & actus religionis, matrimonium verò actus sit & contractus  
pure ciuilis, in quo nulla sacra verba interueniunt. Id de matri-  
monio infidelium verum, de matrimonio verò Christianorū a-  
lienum est, quod et si natura sua contractus est mutuus, & verba  
illa, *Accipio te in meam, &c.* non videantur esse sacra, tñ quia ea o-  
mnia fiunt, & adhibentur, ut significant coniunctionē spiritua-  
lem Christi cum Ecclesia, ideo pro sacra cæremonia, rectè adhi-  
bentur, maximè cum Christi fideles Christiano, nō profano mo-  
do, intendant contrahere.

1649. Secuturum, si matrimonium sit Sacramentū, in pec-  
cato contrahentes sacrilegium cōmittere, & Sacramentum vio-  
lare. Quicquid sit de hoc, dubium non est, pios Christianos, non  
nisi præmissa peccatorū confessione & cōmunione, matrimoniu-  
m solere celebrare, & magis esse p̄phorum & Ethnicorum homi-  
num, quām Christianorum, in peccatis contrahere, qui Sacramē-  
tū & matrimonij sui spiritualem significationem præ oculis ha-  
bentes, non more pecudum aut gentilium, cum animarū suarum  
pollutione, sed ad gloriam Dei, & prolem in Christo regeneran-  
dam & educandam, matrimonia ineunt, Tob. 6.

1641. Euaristum Pap. afferere, matrimonia sine Sacerdote Epis. F. O'Gre.  
contracta, potius esse adulteria & fornicationes, quām matri- 30. Q. 5. c. Alt.  
monia. At Euaristus id intelligit, quoad forū extērius, in quo  
constare non potest, an matrimonia clandestina legitimo con-  
sensi fuerint contracta, quam etiam ob causam, per Concilium  
Tridentinum, penitus sunt abrogata.

1642. Pontificios docere, bigamiam vel polygamiam, plu-  
gium vxorum successiue, esse illicitam & fornicationem. Kemn.  
Calumniam esse, ocularis monstrat inspectio. 1643.

## Millesexcenti Errores,

¶ q. 1. Canon.  
Hac natione: Ec  
can. Quomodo. 1643. Gratianum referre, secundas nuptias esse illicitas,  
Kemnit. Cum eodem loco, multorum Patrum testimoniis pro-  
bet, non solum secundas, sed & tertias & plures esse illicitas?

¶ 7.

1644. Concilium Neocæsariens. anno 1200, celebratum  
prohibere, ne presbyteri intersint celebritati secundarum nupt.,  
cum pœnitentia iniungenda sit iis, qui sepius nubunt. Kemn. ex  
Gratian. Concilium hoc particulare fuit, cui rectè opponitur Ni-  
cenum generale can. 8. in quo secundæ nuptiæ approbantur:  
quamvis nec illud secundas nuptias, sed celebritatem illarum  
prohibere videatur, Pontificios verò secundas nuptias minime  
prohibere, vulgo constat.

Serm. 32. incap.  
19. Matth.  
1. Cor. 7. 1645. B. Chrysostomum scribere, Apostolum non probare  
secundas nuptias, nisi propter incontinentiam, reuera autem es-  
se fornicationem. Kem. ex Grat. Cum Apostolus velit, ut unus  
quisque suam habeat ad euitandam fornicationem vxorem.  
Quamvis auctor illius libri, non videatur esse Chrysostomus, qui  
homil. 20. ad Ephes. scribit, non posse secundas nupt. damnari.

contra Iouinian.

1646. Hieronymum aperte secundas damnare nuptias.  
Kem. ex Grat. Atqui tam multus est eo loco Hieron. in commen-  
danda virginitate, ut etiam primas damnare videatur. Reuera  
autem non damnare, patet ex Comment. in 1. cap. ad Tit. vbi  
propterea damnat librum Tertul. de Monogamia, in quo dam-  
nantur secundæ nuptiæ. Et in Apolog. ad Pammach. pro libris  
aduersi. Iouin. Non damno (inquit) bigamos, imò nec trigamos, imò si  
dici potest nec octogamos. Et in epist. ad Geruntiam. Quidigitur da-  
mnamus secunda matrimonia? minimè, sed laudamus prima: abiicimus  
ab Ecclesia bigamos? abfit, sed monogamos ad continentiam prouocamus.  
Non ergò damnat ullam nuptias, sed inuehitur in eos, qui ob ni-  
miam incontinentiam, vix una defuncta, aliam ducebant, sicut  
ibidem commemorat tempore Damasi R omæ fuisse par coniu-  
gum, quorum alter 20. vxores, alter maritos viginti & unum se-  
pelierat. Quorum exemplum sine ullo dubio mulierosi nostri  
sequerentur Ministri, nisi diuturnior votis ipsorum impediret  
Coniugum vita, quod quidem ex eo lucide constat, quid vix  
defuncta & sepulta una, ducant aliam.

Vid. eund. in e-  
pist. ad Gerunt.

1647.

1647. Polygamiam nec esse prohibitam, nec lege præceptam. *Luth. m proposit. de Bigamia Episcoporum ann. 28. Et in explicat. Genes. cap. 25.* Cum Christus reuocari matrimoniū ad primā institutionem: nec polygamiam Iudeorum licitam, sed propter duritiem eorum permīssam duntaxat fuisse dicat. Et Apostolus ex parte Dei mandat, ne vxor à viro discedat, aut si discesserit, maneat innupta, aut viro suo reconcilietur, alligata tam enim esse viro, quamdiu vir eius vixerit. *Matt. 19. Marc. 10. Rom. 7. 1 Cor. 7.*
1648. Non pauca extare apud Veteres exempla de polygamia. Atqui non omnia omnibus sunt licita, vel imitanda, Nec quisquam post Christum legitur imitatus. Nec eadem est horum, quā temporum illorum ratio.
1649. Non esse permittendū diuortium quoad thorum, manente vinculo. *Kemnit.* Cum Christus & Apostolus ipsum permittant. Quid enim aliud est, vxorem à viro non discedere, aut si discesserit manere innuptam, nisi abinuicem separari quoad thorum & habitationem?
1650. Ex separatione Coniugum quoad thorum, nasci manifestū periculum vstitutionis & fornicationis. *Kemnit.* Atqui non sit separatio ut peccetur, sed ne peccetur, aut ut peccatum commissum puniatur, vel grauius enitetur.
1651. Pontificios non esse sollicitos de villo periculo fornicationis propter separationem thori, sed liberè eam decernere quo ad certum incertumue tempus, quicquid etiam fiat de dinissa coniuge. *Kemnit.* Atqui omnibus occurrere periculis nemo potuit vñquam, Nisi autem manus ex cohabitatione, quā ex separatione nasceretur, aut metueretur periculum, separatio à conjugibus nec peteretur, nec à magistratu permetteretur.
1652. Non licere dimittere Vxorem, nisi propter solam fornicationem. *Kemnit.* Cum Christus dimittenti vxorem propter perfectionem, promittat vitam æternam. Et Apostolus suadet, ut iij qui habent vxores, sint tanquam non habentes. *Matt. 19. 1 Corint. 7.*
1653. Non esse permittendū diuortium, nisi in casu fornicationis. *Luth. de Capt. Babyl. ann. 20.* Cum eadem pagina scribat,

Bbb

optare

## Millesexcenti Errores,

optare se, definitione aliqual licitum fieri diuortium, ob diutur-  
nam alterius coniugis absentiam. Et Apostolus liberum per-  
mittit fideli coniugi, ab infidelis discedere, 1. Cor. 7.

1654. Diuortium non posse, nec debere fieri, nisi auctori-  
tate publica. Luth. de vita Coniug. Et paulo post planè opposi-  
tum.

1655. Sperandum esse, quod p[ro]ij Episcopi & Principes con-  
cessuri sint ius contrahendi aliud matrimonium iis, qui ob alte-  
rius coniugis adulterium, iusto diuortio sunt separati. Brent, in  
*Confess. Wirtenberg. cap. de Coniugio.* At p[ro]ij Principes & Pastores,  
magis audiunt vocem filij Dei, quam Brentij vel Kemnitij, sen-  
tentia Christi clara est, *Quod Deus coniunxit, homon non separat.* Aut  
si separantur, contineant; Qui enim dimissam duxerit, mœcha-  
tur, Rom. 7.

1656. Tyrannicam esse legem, non permettere aliud con-  
iugium, ei qui ab adultero coniuge diuortium fecit. Calu. lib 4.  
*Instit. cap. 19. s. vlt.* An ergo omnes usq[ue] ad Calvinum tyranni  
Principes & magistratus? qui id non modo nunquam permis-  
erunt, sed grauiter semper punierunt? An tyrannus Apostolus,  
qui separatos manere vult innuptos? 1. Cor. 7. Rom. 7.

1657. Iustum diuortium, ipsum etiam dissoluere coniugii  
vinculum. Secundum Lutherum & Calvinum, non autem se-  
cundum Christum & Apostolum, qui non nisi morte vinculum  
solui docent. Supr.

1658. Facto diuortio, licere parti innocentibus non autem no-  
centi, aliud inire matrimonium. Kemnit. At cur non etiam no-  
centi, Kemnitie? An cur et tibi non est salus vxoris tuae dimissa,  
ne forte ulteriori obiciatur & prostituatur peccato, si viri ca-  
rere debeat inuita consortio? An excidit tibi tua, tuorumque Com-  
ministrorum vulgata sententia, Impossibilem esse continentiam?  
maxime si quis donum non habeat? num ad rem impossi-  
blem & desperationem adigere vis uxorem tuam dimissam? sed  
sapienti pauca: nulla enim auctoritate, vel innocentibus permit-  
titur, vel nocenti denegatur.

1659

1659. Non esse permittendum parti nocenti alterum coniugium, propter commissum adulterium. At quæro, solutumne sit matrimonij vinculum per adulterium, nec ne? Sinon, quomodo innocens potest contrahere, cum nondum sit solutus? an duas simul habere potest vxores? Si sic: cur magis innocentii licet, quam nocenti, cum vterq; sit solutus? Quod si qua lege in pœnam delicti contrahere prohibeatur, non ideo verum matrimonium non erit, si legitimè contrahat, licet in legem peccet.

1660. Rursum, Licere volunt viro dimittere vxorem, propter fornicationem & aliam ducere. At si licet viro dimittere vxorem, licebit etiam vxori dimittere virum: si ergo separantur & denuò nubant, cuius erunt filii antè fornicationem suscepiti? nocentis ne vel innocentis? Et si licere coniuges cognouerint, num facile fornicandi occasionem præbebunt quærentque?

1661. Rursum. Matrimonij vinculum solui volunt per fornicationem. At hinc euidenter sequitur, ut primum maritus sive clavis sive palam fidem coiugi fregerit, maritum esse desinere, vxorem cui velit posse nubere, nec ei, nisi de novo contrahat, sine fornicatione posse debitum reddere; ubi enim non est vinculum, ibi nullum est legitimum, sed adulterinum matrimonium; si ergo per adulterium ipsum soluitur matrimonij vinculum, ut primum fuerit commissum adulterium, nullus coniugium sine scelere alteri reddet, vel ab altero exiget debitum.

1662. Scripturam excipere casum fornicationis, ait enim, *Quis quis vxorem dimiserit, & aliam duxerit, excepta causa fornicationis,* Matt. 19<sup>o</sup>  
*mœchatur, interueniente ergo fornicatione, non mœchari, qui dimiserit, & aliam duxerit.* *Omnis paßim.* Cum absolute pronunciet alibi: *Quis quis vxorem dimiserit, & aliam duxerit, mœchari: alligata enim esse viro suo, quamdiu vir eius vixerit.* Causam ergo diMarc. 10<sup>o</sup>  
missionis, quoad thorum & cohabitationem, non autem quoad Luc. 16.  
vinculum scriptura loco alligato expressit. 1. Cor. 7<sup>o</sup>  
Rom. 7<sup>o</sup>

1663. Marcum, Lucam, & Paulum, iuxta Matthæi interpretandos & limitandos esse Euangelium, in quo casus for-

## Millesexcenti Errores,

nificationis expressis excipitur verbis. *Kemnit.* Sed Marcus, qui Euangelium suum ad prædicationem Petri Romanis scripsit, apud quos Euangelium Matthæi tunc nondum extabat, homines ad Euang. Matthæi, tanquam ad Commentarium sui Evangelij, non ablegauit, multò minus id fecere Lucas & Paulus. Itaq; causam iustum dimissionis Matthæus expressit, ad tollendas quascunq; alias leues & iniustas, ob quas Iudæi suas repudiabant coniuges, sufficientem tamen non esse ad ducendum aliam, alijs Euangelistæ expreßerunt. Nec aliter vñquam vel Patres intellexerunt, vel Concilia docuerunt, vel nouum contrahi permiserunt.

*Epiſt. ad Bonif. 1664.* Gregorium III. dispensasse cum quodam, ut secundam duceret vxorem, priore ob continuam infirmitatem dimissa. Cum non dispensarit, sed verum & ratum matrimonium, propter perpetuum impedimentum, nunquam fuisse declarat, ac propterea alias nuptias permisit.

*1665.* Si non liceat in innocentia parti post separatione nubere,

*De Reg. iur. in iuris & naturæ, quæ habet, Neminem esse puniendum sine culpa. Kem.* grauissimam ei absq; sua culpa irrogari pœnam, contra regulam sext. cap. sine culpa.

*Deut. 5.  
Gen. 3.*

*3. Cor. 7.*

*Matth. 19.*

Si non liceat in innocentia parti post separatione nubere, grauissimam ei absq; sua culpa irrogari pœnam, contra regulam iuris & naturæ, quæ habet, Neminem esse puniendum sine culpa. *Kem.* Sed regula iuris addit, quod vanus Iurista Kemnit. omittit, Neminem esse puniendum sine culpa, nisi subsit causa. quomodo enim aliquin filij punirentur absq; culpa sua propter peccata parentum? quomodo ipsum conjugium ab initio in usum naturæ institutum, tam graue posteris sine culpa ipsorum effectum est onus? Itaq; tametsi continere debeat pars innocens sine culpa, non tamen continet sine causa, cum ipsum matrimonij vinculum nulla dimissione vel fornicatione, sed sola soluatur morte. Quod si quis prorsus continere vel nolit, vel non possit, reconciliandi coniugis dimissi potestatem haber. Et id est, quod Apostolus scribit, dicens; *His, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere; quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Nec Christus dicentibus Apostolis, *Si ita causa est hominis cum uxore, non expedite nubere, aliud respondit, quād, Qui potest capere, capiat.*

1666.

1666. Sinon liceat parti in hocenti post diuortium contra here, diuortium à filio Dei concessum, non fore aliud, quām laqueum conscientiæ, conscientem homines in vñstiones, fornicaciones, desperationes, iram & iudicium Dei. Kemnit. At non videt, se in hoc ipso afferendo, non cum alio, quām cum ipso pugnare filio Dei, hic enim, & non aliud dixit, *Qui dimiserit vxorem, et aliam duxerit, mœchatur.*

1667. Non peccare, qui dimissam propter fornicationem duxerit, solutam enim esse à vinculo viri, maximè si vir eius aliam duxerit. At hac ratione melioris conditionis esset adultera, quā quævis alia honesta, propter alias causas dimissa, cum illi alium maritum, & fortè priore meliorem, huic verò habere minimè licet.

1668. Licere ob frequentes rixas, & molestam cohabitacionem vxorem dimittere, & aliam ducere. *Luth. cit.* At qua auctoritate? An sufficit, quia Lutherus dixit, qui fidem simul & honorabile adulterauit coniugium? An doctrina hæc ianuam ad querendas non aperit rixas?

1669. Licere ob diuturnam alterius coniugis absentiam, aliud inire matrimonium. At qui licere, nunquam Ecclesia definiuit, Lutherum verò definire vel permittere, non sufficit.

1670. Si unus coniugum, alterum ad furtum vel aliud inducere conetur peccatum, licere ab eo discedere, & alteri nubere. *Luth. loc. cit.* Luth. dixit: Rationem si quæras, responderet, *Sic volo, sic iubeo, sic proratione voluntas.* *Tom. 4.* In Bericht auff 2. frag.

1671. Si pauper cum vxore diuite contrahat, ubi molesta esse cœperit, licere illam repudiare, & aliam ducere. *Luth. de Caus. matrimonial. ann. 30.* Sine auctoritate, sine ratione, sine scriptura.

1672. Si Pseudochristianus, Christianam deserat coniuge, licere dimisso ad alias coniugare nuptias. *Luth. in Capt. Babyl.* & *Tom. 1. in Epithalamio.* Voluit ( n̄ fallor ) dicere, si Catholicus Lutheranam deserat vxorem, propter diuersitatem religionis, licere dimissæ Lutherano cui velit nubere viro. Cum hanc ean- *In suis 600. en-*  
*dem doctrinam Hesshusius, ut erroneam, tribuat Pontificis, ror. tit. 20 cr. 8.*

## Millesexcenti Errores,

quorum nullus eam vñquam probauit. Fortè autem, ad dila-  
tandos sectæ suæ fines, coniugibus id permittit Lutherus, quæ  
nisi plausibilis & carnalis esset, incrementum nunquam sump-  
sisset.

1673. Quoties vxor minus se commodam viro, aut Vir se  
commodum præbet vxori, aut si quam aliam ob causam sibi mu-  
tuò displiceant, posse matrimonium solui. *Luth. cit. Bucer. in cap.  
19. Math.* At hac ratione facilis auctore Bucero soluentur ma-  
trimonia, qām contractus alij ciuiles, qui ob malitiam contra-  
hentium solui non consueuerunt.

1674. Si vxor non possit, aut debitum viro reddere nolit,  
licitum esse viro, missa vxore, ancillam superinducere. *Luth. de  
Vit. coniug.* Digna Luthero, sed indigna vox & doctrina viro  
Christiano, ex Ecclesia Christi, ad scholam deportanda Epicu-  
*Contr. Stephan.* ri, quām tamen turpis Smidelin. & alij iustificare non verentur.

1675. Si vxor suo frui non possit marito, à fratre viri debi-  
tum posse exigere, virumq; velit, nolit, consentire debere & ta-  
cere. *Luth. in serm. de Matrim.* Et tamen tantum nefas, propissi-  
mo Verbo Dei, ipsumq; spurcum ( ne dicamus porcum ) Luthe-  
rum, pro singulari spiritus sancti organo, turpiores eius defende-  
re non erubescunt sequaces Ministri, *Herbrand. in suis contr. Ernhof-  
ferum libell.* Iudicium esto penes viros honestos.

1676. Calumniatores esse Pontificios, quod doctrinam illam  
Lutheri, adeò calumniantur, & fœdam faciant, cum ipsi frigi-  
ditatem perpetuam, suis in Canonibus impedimentum esse do-  
ceant matrimonij, non tam contrahendi, quām contracti. Ta-  
li fascino suorum perstringunt oculos auditorum, vt idem doce-  
re putent Lutherum quod Pontificios, cum is non de perpetua  
loquatur, vt Pontificij, frigiditate, sed quæ durante interuenit  
matrimonio : sed neq; Pontificij illicitam illam turpitudinem cum  
fratre viri probant. Maritus ergo, aut omnino repudiandus, aut  
nullus aliis est quærendus vel admittendus. Ut interim taceam,  
exoptatam libidinosis, & senes habentibus maritos mulieribus,  
aperiri fenestram, scipias prostituendi, & maritos suos eludendi.

Quia

Quin si vxoribus rem liceat habere cum viri fratribus, licebit & viro in simili casu, rem habere cum vxoris sororibus, quæ sanè non Christianorum, sed Turcarum & Tartarorum est doctrina & consuetudo, à Christianoruni longè propulsanda finibus.

1677. Adulteros & fornicarios è medio tollendos, atq; ita non propter fornicationem, sed propter mortem nocentis, innocentia licere aliud contrahere matrimonium. *Luther, de vita Coniug.* Hæc docent & dicunt, cum interim libidinosissimos quosq; adulteros & incestuosos, à Pontificiis ad se apostatantes monachos, non solum è medio non tollant, sed tanquam singularia Spiritus sancti, & puri verbi Dei organa, summis honoribus extollant, ab iis sacrosancta Sacraenta percipient, & per eos vitam æternam consecuturos se sperant? Tale sanè vas & organum, eorum referunt historiæ fuisse Lutherum, cuius Nupta Nonna (vt in quadam ad *Danielem Mauchium Epist.* scribit Eraf-mus) pauculis diebus post decantatum hymenæum peperit. Causa ergo, ne qui alios è medio tollendos volunt, ipsi propter peccata sua tollendi viuant, & in aliis puniant, quod ipsi impunè perpetrant, iuxta illud Apostoli, *Qui dicas non esse furandum, furaris, non esse mœchandum, mœcharis. Rom. 12.*

1678. Rursum, Ne parti (inquiunt) innocentia fiat iniuria, interficienda est adultera. An ergo interficiendus quoq; si adulterer maritus? Etsi interficienda, quomodo non peccare identidem docent, qui dimissam propter fornicationem duxerit? an duci potest mortua?

1679. Preceptum esse in Lege, vt lapidetur adultera. Cum Christus in adulterio depræhensam ne lapidaretur, defenderit & absolverit, nec aliam ei mulctam irrogârit, quam ne peccaret amplius.

1680. Deniq; è medio tollendam esse volunt propter fornicationem dimissam. Cum Apostolus præcipiat, quod si à viro propter fornicationem discesserit, innupta maneat, aut viro suo reconcilietur? An reconciliari, vel manere potest innupta, si è medio sit sublata?

Millesexcenti Errores,

1781. Apostolum loco allegato, non loqui de dimissa propter adulterium, quam Lex interfici iubet, sed propter alias causas dimissa. Cum ( ut supra ) hanc eandem legem tyrannicam vocent & Papisticam, vxorem puta quoad thorum dimittere, nec aliud ei matrimonium permittere: Sed nec interficiendam præcipit Apostolus, sed mœchari tantummodo, qui propter fornicationem dimissam duxerit, scribit. loc. alleg.

1782. Sinon occidatur propter adulterium dimissa, nec tamen continere velit, in aliam emigrare posse patriam, atq; ibi, cui velit nubere. Luth. de Vit. coniug. Quasi in aliena magis, quā in propria mœchari liceat patria? etenim quādiu vir eius vivit, alligata est viro suo, quem dimisit. Rom. 7.

1783. Pontificios probare & fouere fornicationes & adulteria, quia ea docent, non statim ultimo esse suppliciū punienda. Talibus & similibus infinitis propemodum calumniis Pontificios onerant, cum nihil minus doceant, cuiusmodi ex multis pauca sunt. Quod Pontificij doceant, legitima matrimonia, non esse aliud, quām sacrilegia, & carnis inquinamenta, quia Clericorum matrimonia fornicationes vocant & sacrilegia. Deum non esse inuocandum, quia inuocando esse docent sanctos: Fidem non necessariam in Sacramentis, quia Sacraenta docent gratia conferre ex opere operato; Carnes esse imundas, quia à carnibus certotempore docent esse abstinendum: Vtramq; Eucharistie speciem esse prohibitā, quia non nisi porrigit vnam, Et sexcenta similia figmenta & sophismata. Neq; enim ideo probantur adulteria, quia non statim puniuntur commissa, nec ideo improbantur Laicorum matrimonia, quia Clericorum dicuntur adulteria, &c. An autem, & quomodo puniant adulteria, eorum docent Canones & Decreta.

1684. Neminem lege teneri, dimissa vxore, continenteri uere. Atqui hoc ipsum est, quod cum lege Euangelij pugnare haec tenus docuimus. Itaq; aut continere, aut dimissam recipere tenerur, quisquis diuortium fecerit.

1685. Neminem teneri dimissam vxorem recipere. At neq; tenetur

tenetur dimittere: sicut ergo non tenetur, sed liberum ei permittitur, dimittere, ita non tenetur, sed potest, eam reconciliatam recipere, id quod suadet Apostolus, 1. Cor. 7. & Ambros. in cap. 16. Luc.

1686. *Esse contraria honestatem publicam, auctoritatemque viri, Vxorem adulteram vel retinere, vel dimissam recipere. At si non est contra maiestatem Dei, reconciliatam recipere, quomodo est contra auctoritatem viri, qui & ipse fortassis propter peccata sua à Deo reprobatus est & repudiatus? & tamen veniam sperat & reconciliationem? me minisse debent peccatores verbis illius Christi, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me, nonne oportuit & te misereri conferui tui, sicut ego tui misericordia sum. Amen dico vobis, nisi dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra, &c.* Si enim non remiserimus inuidem peccata, quomodo patrem oramus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris?* &c.

1687. *Honestos viros non solere dimissas vxores denuò in gratiam recipere, idque multas ob causas non esse consultum. At si consultum non est, cur Apostolus suadet? Si ergo recipere nolint, continenter vivant, Deumque offendere caueant, ne dum peccatricem recipere nolunt, ipsi propter eadem, vel grauiora peccata à Deo repudientur.*

1688. *Durum & difficile esse, Vxorem adulteram recipere, & cum ea pacifice vivere. At recipere quis cogit? Vsq; adeo tamendurum videri non debere, probat Augustinus loc. cit. quia si Deus eam pénitentem in gratiam recipit, & facit eam sanctam & iustum, quomodo adeo durum esse potest marito, vxorem iustificatam & sanctam coram Deo, recipere? cum non minus ipsum offenderit Deum ac maritum? Quod si omnino non expedit, nemo cogit.*

1689. *Puniri secundum Canones, qui vxorem adulteram scienter retinet, 23. q. 1. Can. si quis. Kemn. Canones allegant, cum eos publicè comburant. Canon vero deiis loquitur, qui in adulterium consentiunt, non de iis, qui dimissas & pénitentes recipiunt.*

Ccc

cipiunt.

Matth. 16:

Matth. 6:

109 *Millesexcenti Errores,*

cipiunt. Nec minus de viro intelligitur, quām de muliere. *Ibid.*

1690. *Hac ratione neminem fore puniendum pro peccato.*

*Matib. 7.*

*Minime: Sed hoc dicitur: Quia mensura mensis fueritis, eadem remetietur & vobis. Aliud autem est maritus, aliud magistratus, qui legem non prescribimus, cum prescriptam habeat. Considerandum est autem, in cuius p̄enam vergat vxoris dimissio; si enim dimis̄ alteri nubere liceat, ut licet Philippus p̄t̄at, iam nō damnum, sed lucrum ex dimissione referet, ac occasionem ad tale p̄enam subeundam s̄e penumero quāret.*

1691. *Non esse p̄arem rationem ad filterij in viro ac muliere. Fortassis in foro fori, non autem in foro poli; neq; in minus fidem promittit vir uxori, quā uxori viro; & quisquis alteri fidem frangit, matrimonium violat, grauiterq; peccat.*

1692. *Si post diuortiū separatis coniugibus nubere non licet, consultiū fore, diuortiū nullum permittere, propter causas & inconuenientias superius enunciata. Klem. Consilium post factum: adeò quid expediret hominibus, Christus ignorauit, à Klem. doceri debuerit? An etiam consultius Deus fecisset, si neq; masculum quidē & fœminam fecisset? hac nō rōne homines nec peccassent qdē, nec Deū offendissent: An consultius est homines ab intuicem separari, & continenter vivere, quām cū periculo huius & eterne vite perpetuo in dissidio & saltidio cohabitare?*

1693. *Errare Pontificios, qđ docent, per fornicationem corporalem, non solui vinculum matrimonij, cum tē concedant solvi per fornicationem spiritualem, id est, infidelitatem, quā minus pugnet cum fine matrimonij, quām illa. Quasi matrimonium infideliū non sit magis insolubile propter Sacramentum, ac infideliū. Et de infidelitate quidem permisso extat, non autem de fornicatione. i. Cor 7.*

1694. *Concil. Neocæs. non dirimere nuptias post diuortium celebratas, sed tantum imponere contrahentibus pœnitentiam. Klem. Cum de secundis duntaxat loquatur nuptiis, quas quidem non improbat, sed tamen in signum nimis incontinentiæ, pœnitentia aliqua notabat: quod clarius perspicitur ex Canon. 7. Concil. Laodic.*

1695.

*Sup. 32. q. 1.  
Can. Siquis.*

*Can. 7.*

1695. Hieronymum in epist. ad Oceanum, notare publicā Fabiolæ pœnitentiam, quæ nupserat post diuortium, priore marito nondum defuncto, sed addere, id non fecisse, quasi putārit id sibi non licere, sed iuxta Pauli doctrinam, melius esse nubere quā vri. Kemn. At talem additionem Hieron. non habet, quin potius peccasse grauissimè, ea ipsa pœnitentia publica insinuavit, licet intentionem eius aliquo modo excusare conetur. Vnde ibid. ait, *Sed quid in abolitis et antiquis moror, quærens excusare culpam, cuius pœnitentiam ipsa confessio est?*

1696. B. Ambrosiū ex verbis Apostoli colligere, soli uxori prohiberi nubere, non autem viro; proinde non dixisse Apostolum, ut vir maneat innuptus, sed ut adultera maneat innupta. Kemn. Mirum, quām errorum suorum sibi homines isti querant opercula? cum non ignorent, ex Grat. 32. q. 2. & Lombard. in 4. d. 35. à falsario quodam verba illa fuisse inserta, nec auctorem illius libri esse Ambrosium, ac tantummodo loqui de legibus Imperatorum, & aliorum principum, non de lege Ecclesiastica vel Euangelica.

1697. Pollentium quendam, Augustini sententię, de prohibitione coniugij post diuortium, apertè contradixisse. Kemn. At obsecro, vnde sequitur, Pollentius contradixit, ergo vera dicitur? An non & ipse Kemnitius non solum Augustino, sed & toti contradicit Ecclesiæ? an ideo magis credendum Kemnitio, quam Augustino, vel toti plenario Concilio? Quin nec contradixisse, sed Augustinum tantum de ea questione consuluisse, patet ex principio vtriusq; libri ad Pollentium.

1698. Concil. Mileuit. prohibere quidem, ne post diuortium aliud ineatur matrimonium, non tamē apertè negare, partii innocentem, in causa fornicationis, licitum esse aliud matrimonium, & præterea addere, petendam esse hac de re legem ab Imperatore. Ex quo colligi vult Kemnitius, non fuisse illo tempore legem apud Christianos, quæ huiusmodi prohiberet aut dirimeret matrimonia. Miror, qd colligat Kem. fatetur hoc eod. loc. Aug. in ea fuisse sententia, qd illicita sint huiusmodi matrimonia;

**Millesexcenti Errores,**

ac propterea contradixisse ei Pollentium, & tamen ex Concilio Mileuitano suam palliare vult opinionem, cuius Canones ab Augustino præcipue sunt compositi & editi? Ait præterea Cōciliū prouocare ad legem Imperatoriam, cum non postulet legem, quæ permittat, sed quæ punitat?

**Epi. 85. ad Episcopum Africam.** 1699. Leonem Papam, Sacerdotem, qui dimissa vxore aliquam duxerit, tantummodo remouere ab ordine, non autem matrimonium eius dirimere aut excommunicare. **Kenn.**

Cum manifestum sit, Leonem non loqui de Sacerdote, qui post susceptos ordines vxorem duxit, id enim à nullo factum legitur ante Lutherum, sed de quodam, qui vxorem duxerat priore dimissa, & postea ad sacros Ordines promotus fuerat, quem ab Ordine remoueri præcepit, nihil de eius matrimonio, licitumne fuerit vel illicitum, definiens, quia potius ibidem addit, salutis velle prædecessorum suorum decreta, inter quæ non obscurum est illud Innocentij primi, epist. 3. in quo expresse declarantur adulteri, qui vxore dimissa, aliam duxerint.

**32. q. 7. Can. Quod proposuisti.** 1700. Gregorium III. Cuidam ob ægritudinem vxoris, aliam permisisse vxorem. **Kenn.** De hoc supr. Doctores plesi afferunt, ægritudinem illam legitimum fuisse impedimentum matrimonij contrahendi & contracti, ac proinde Gregorium non dissoluisse matrimonium natura sua ratum, sed declarasse, nunquam fuisse ratum.

**32. q. 7. Can. Concupisisti.** 1701. Zachariam Papam, mulieris cuidam, cuius vir cum sorore eius dormierat, aliud permisisse matrimonium. **Kenn.** Cum Canon id ei diu taxat permittat post mortem viri, ne quis putaret ob crimen sororis suæ cum marito, etiam post mortem mariti, illi nubere non licere.

**loc. citat. Can. Quedam. Et can. Si quis.** 1702. In Concilio Triburiensi, & alio quodam apud Grecian, secundum matrimonium concedi parti innocentis. **Kenn.** Cum Canones illi intelligantur, licere parti innocentis post mortem nocentis, quod nocenti, etiam post mortem innocentis non licebat.

**1703. Eo ipso quo Christus permisit diuostium, permisisse aliud.**

aliud matrimonium, eò, quòd neminem cogat esse cælibem, sed dicat, *Qui potest capere, capiat.* Luth. de Capt. Babyl. cap. de Matrim. Matth. 19.  
 Cum potius illis ipsis verbis, difficultatem insolubilis matrimoni significare voluerit: Sicuti autem neminem cogit continere, ita neminem cogit nubere; postquam tamen sua sponte quis vel continentiam voverit, vel fidem coniugi dederit, fidem, votumq; seruare cogitur, iuxta illud, *Si quid voulisti, redde:* Et: Alli- Eccle. 5.  
*gatus es uxori, noli querere solutionem.* Rom. 7.  
1. Cor. 7.

1704. Apostolum apertè scribere, *melius esse nubere, quam viri:* Diuortio ergò concessò, separatis consilium hoc amplecti licere. Luther. At Paulus dixit melius esse nubere quam viri, non dixit (vt notat Aug.) melius esse mœchari, quam viri. Mœchari autem illum, qui viuente coniuge aliam dicit, idem scribit Apostolus ibidem. Lib. 2. de adult. coniug. cap. 12.

1705. Iudeis olím licuisse, post diuortium aliud inire matrimonium, per amplius ergò licere Christianis. Quicquid sit de illo Iudæorum matrimonio, licitumne fuerit, nec ne certum est (inquit Christus) ab initio non fuisse sic, ad quam quidem pri-mæam institutionem, suorum denuo renocauit matrimonia fidelium, Matth. 19. Marc. 10. Luc. 16.

1706. Si non liceat Christianis post diuortium nubere, du-riorem fore legem & conditionem Christianorum, quam Iude-orum, cum tamen Christus dicat, *Iugum suum suave, et onus suum effe leue.* Atqui cum Christo contendant, cui cum discipuli dice-rent, *Sint a est causa hominis cum uxore, non expedit nubere,* aliud non respondit, quam, *Non omnes capiunt verbum hoc; qui potest capere, capiat:* Si quid autem durum videtur naturæ, tolerabile & suave reddit donum gratiæ, quæ nemini denegatur, Matth. 7. 18. 21. Marc. Luc. 11. Ioan. 14. 15. 16.

1707. Non esse bonum, hominem esse solum, proinde nemini negandum esse aliud matrimonium, quando proprio frui non licet aut potest. Dictum sèpè: *Si quis continere non vult, vel potest, uxorem nō dimittat, vel dimissam recipiat,* hoc Christus, hoc Paulus, hoc tota tradit Ecclesia, aliud nos dicere, aliud docere non possumus?

101 Millesexcenti Errores,

1708. Non esse bonum hominem esse solum, propter fornicationem, ob quam etiam Apostolus vnumquemque suam habere velit vxorem. Cum nihil sit efficacius ad cauendam fornicationem, quam esse solum, quis enim solus fornicatur? Deinde si propter fornicationem habere quisque debet suam, cur isti dimittunt suas? & seipso fornicationis exponunt periculo? cur non recipiunt suas? imo quare accipiunt non suas? neque enim suae sunt, quas viuentibus suis, quantumvis repudiatis, superinducunt, dicente scriptura, *Quisquis aliam duxerit, mæchatur.*
1709. Hominem sine uxore perpetuis agitari vstitutionibus, nec unquam recte vacare posse orationi & invocationi. Kemu. Cum ut orationi vacare possint, separari coniuges non unquam Paulus suadeat, neque eos, ut Virgines, quae Dei sunt, cogitare posse scribat. Num Anna illa Phanuelis orationi non vacabat? Num Paulus in ipsa vstitutione Deum non invocabat?
1710. Simpliciter esse melius, uxorem habere, quam ea carere, dicente scriptura, *Non est bonum hominem esse solum.* At si simpliciter melius est, simpliciter ergo falsum est, quod Apostolus ait, *Quin non nubit, melius facit.* Et, *Bonum est mulierem non tangere.* Multi etiam carere, quam habere malint.
1711. Apostoli verba esse, *melius esse nubere, quam viri.* Puta, si continere quis nolit, & nubere possit, alioquin melius non faciunt, qui cum nubere non possint, nubere volunt, dicente eodem ibidem, *Qui uxorem suam dimiserit, & aliam duxerit, mæchatur.* Et alibi, *Adolescentiores viduas deuita, quae cum luxuriata fuerint in Christo, postea volunt nubere, habentes damnationem in semetipsis, quia pri-  
mam fidem irritam fecerunt.*
1712. Multas committi illicitas & scandalosas fornicationes, occasione cœlibatus, maximè in Clero. At multa etiam sunt bona: sicut autem propter bona non sunt facienda mala, ita neque propter mala, omittenda sunt bona; nec quicquam adeò malum est, quin ex eo Deus eliciat bonum, habetque omne bonum suum annexum abusum, qui, etsi quantum fieri potest, caueri tollique debeat, ubi tamen, sine periculo boni, tolli non potest, melius

melius toleratur, quām tollitur, dicente Christo, *sinite vtrq; cres-*  
*cere v/sq ad messem, ne forte colligentes Zizania, eradicetis simul & trit-*  
*cum: Scit autem magistratus à Deo constitutus, quid permettere,*  
*quidq; debeat punire, quod si nulla permitterentur mala, nulla*  
*quoq; punirentur mala, nec quid Virtus esset, eluceret, nisi vitiū*  
*demonstraret & manifestaret.*

Matth. 13

1713. Matrimonia Clandestina, nunquam fuisse vera ma-  
 trimonia: Legitima dicere volunt, alioquin rata fuisse olim, nul-  
 la dubitauit Ecclesia.

1714. Matrimonia filiorum, sine consensu parentū, non esse  
 rata. Cal. l. 4. Inst. c. 19. s. vlt. Bucer, in c. 19. Matth. Kem. Quasi cū  
 ad legitimam etatem filij peruererint, disponendi de se suoque  
 statu, potestatē non habeant? Cum & seruorum, & mancipio-  
 rum matrimonia irrita non sint, nec irritentur.

1715. Matrim. filiorum, insciis & inuitis parentibus contra-  
 cta, ab ipsis dirimi & irritari posse parentibus. Luth. ser. de Matre  
 Phil. in loc. At hoc quo iure vel Canone? An satis est, quod Luth.  
 Ius Canonicum V Wittenbergæ publicè combussit? ann. 20.

1716. Matrimonia filiorum, insciis vel inuitis parentibus  
 contracta, si nata sit proles, firma esse; si autem nata nondum sit  
 proles, non firma, sed in potestate esse parentum. Luth. ibid. Qua-  
 si verò Copula, vel proles ad Sacramenti pertineat essentiam? aut  
 legitima proles sit, si antè legitimū matrimonium suscepta sit?

1717. Papam contra Deum & Naturam, permettere filiis  
 matrimonia inuitis parentibus. Cum vel hanc solam ob causam  
 permittat, ne cuius suum auferat, cum & iure naturæ & di-  
 uino ynicuiq; concessum sit, de eo quod suum est disponere.

1718. Saniores Pontificios agnoscere, matrimonia sine con-  
 sensu parentum non esse legitima. Kemn. Imò iam penitus ab-  
 rogauit matrimonia clandestina; aliud est autem matrimoni-  
 um esse legitimū, aliud esse ratum; multa enim sunt & esse pos-  
 sunt rata, qua tamen non omni ex parte sunt legitima.

1719. Scripturam præcipere, vt honor deferatur parentibus  
 à filiis.

d*icitur*  
*Millesexcenti Errores,*

*Coloss. 3. 10.* à filiis, non tantum in uno, sed in omnibus & per omnia. *Kemn.*  
*Cum eadem scriptura casum excipiat matrimonii, dicens, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhæredit uxori suæ, quæ quidem desertio, si consentientibus fiat parentibus, legitimo sit modo; sin autem, ratum quidem erit matrimonium, non tamen omnino ex parte legitimum.*

*Mat. 10.*

*1720.* Matrimonium insciis & iniustis parentibus non possunt habere Deum auctorem, cum is iubeat in omnibus, & per omnia filios obedire parentibus; proinde matrimonium eiusmodi ipso iure esse nullum. *Kemn.* Quasi non omnia Sacra menta, Deum habeant auctorem, licet non eo modo, quo Deus præcipit, ministrentur vel percipiantur? sanè quidem corporis sui Sacramentum, non nisi à dignis vult percipi, & tamen à multis percipitur indignè: Etsi verò scriptura consensum parentum sudet, legem tamen nullam præscribit, nec parentibus potestatem facit, ut voluntatem contrahentium dirimant, quin nullo modo coniungendi sunt filij, si propria voluntas desit, licet omnium parentum & amicorum consensus adsit, ipsos enim solum contrahentes, non alios, matrimonium & eius concernuntonera.

*Deut. 7.*  
*Hier. 19.*  
*1. Corint. 7.*

*1721.* Scripturam tradere expressa mandata parentibus, defiliabus in matrimonium elocandis, atq; idèo non debere, nec posse filios sine consensu parentum, matrimonium contrahere. *Kemn.* Quasi de iisdem non etiam extent Canones? Leges verò illæ, modum duntaxat & formam præscribunt matrimonij contrahendi, contractum non dirimunt.

*1722.* Extare in scripturam expressam legem, vt si quis filiam alicuius stupraverit, eam pro voluntate parentū uxorem habeat, vel non habeat, proinde matrimonia eiusmodi, legge diuina subiecta esse dispositioni & voluntati parentum. *Kemn.* Cum (vt supra) Lutherus & Philippus doceant, matrimonia iniustis parentibus contracta, si copula vel proles sit secura, firma esse matrimonia. Deinde scriptura non loquitur de matrimonio contracto, sed de contrahendo, ipsumq; voluntati permittit parentum, vt filiam stupratori in matrimonium tradant, vel non tradant;

*Deut. Exod. 22.*

dant, quod si mutuo consensu liberoq; matrimonium inter eos contractum fuisset, scriptura de contrahendo nihil prescriberet.

1723. Numer. 30. permitti parentibus, ut si quid puellæ insciis ipsis vel inuitis voverint, irritandi potestatem habeant, proinde parentes etiam matrimonia irritare posse. Kemnit. Cum lex illa de minorenni loquatur puella, quæ ad ætatem nondum peruenit, sed in domo patris sub tutela est parentum, cuius vota etiam Canones irritant. 20 q. 2. can. puella.

1724. Legi naturæ aduersari, vt filij, qui totum quod sunt, & habent, à parentibus acceperunt, sinè eorum consensu seipso vendant & alienent. Kemnit. Cum corpus suum, non magis à parentibus quam à Deo, nec vt mutuum, sed vt proprium habent? lege autem naturæ licet unicuiq; disponere de proprio. Quamvis verò matrimonia eiusmodi, vt sàpe dictum est, non irritentur, non tamen probantur.

1725. Leges Ciuiiles, matrimonia insciis & inuitis parentibus contracta, irritare. I. Nuptiæ ff. de Ritu nupt. l. 1. et 2. C. de mispe. Et Inslit. de Nupt. S. Iustus autem. Kemnit. Atqui leges loquuntur de matrimoniis clandestinis, quorum consensus mutuus in foro exteriori constare non potest, quæ etiam ob hanc & alias causas à Concil. Tridentino sunt abrogata.

1726. Euaristum in epist. decretali, asserere, Aliter matrimonia non fieri, nisi ab his, qui dominationem habent super fœminam, eamq; custodiunt, consensus petatur, & ab iis sponsentur. Kemnit. Sed quæro à Kemnitio, Num legitimum censeat matrimonium, si vxor sine precibus & oblatione, id est, sine celebratione missæ, à Sacerdote benedicatur? quia eodem loco, matrimonium eiusmodi pro legitimo non agnoscitur? Itaq; (vt supra) multa matrimonia sunt rata, licet non omni ex parte sint legitima vel honesta.

1727. B. Ambrosium planè eius esse sententiæ, matrimonia sine consensu parentum non esse legitima. Kemnit. Eodem sensu, quo Euaristus, id intelligit Ambr. nunquam autem nec Pontificij quidem eiusmodi disuaderent matrimonia, nisi sine consensu parentum fieri possent, & essent rata.

30. q. 5. Can.  
Aliter.

32. q. 2. c. Ho  
norantur.

D d d 1728.

## Millesexcenti Errores,

1728. *Concilium Carthaginense quartum, non aduersari sententia Lutheranorum. Kem.* Cum aliud non precipiat, quam ut sponsus & sponsa, cum benedicendi sunt, offerantur a parentibus & paronymphis Ecclesiae, quod & Pontificij suadent & obseruant: Quod autem matrimonium ratum non sit, si id non fiat, Concilium nullum declarauit.
- Ibid Can. spons.* 1729. *Concilium tertium Toletanum, non approbare matrem virginum, sine consensu parentum. Kem.* Nec Pontificij probat: Veruntamen Kemnitius, quod patrocinari sibi putauit, allegauit, cetera tacuit, Concilium enim illud contra eos agit, qui virgines a proposito continentiae auocare, & ipsis matrimonium obtrudere nitebantur, quo nihil visitatius apud Lutheranos.
- Ibid Can. Hoc sanctum.* 1730. *Leonem in quodam Canone, planè suffragari sententia Lutheranorum. Kemn.* At in illo Canone expressè definitur, nulli licere post diuortium, viuente uxore, contrahere de matrimonio verò filiorum, sine consensu parentum, nihil definitur, sed solùm de ritu nuptiarum.
- 20. q. 5. Can. Quatuor.* 1731. *Nicolaum Papam, inter alios ritus nuptiarum, requirere, ut fiant de consensu parentum. Cum hoc ipsi reuirant Pontificij, veruntamen non omnes eiusmodi ritus, quos Nicolaus requirit, esse essentialis, ipse in fine Canonis declarat.*
- 30. q. 2. Can. Apud.* 1732. *Canones decernere, inter raptorem & raptam non esse matrimonium, sed raptam parentibus restituendam, licet ipsa raptoris consenserit, & pro voluntate parentum elocandam. Kemnitius.* Cum huiusmodi contractus non dirimatur, propter defectum consensus parentum, sed propter consensum liberum ipsius raptæ, violentus enim & coactus, non liber fuisse presumitur; vnde si extra potentiam raptoris in loco seculo constituta, libero consensu cum raptore contrahat, quantumvis parentum consensus non accedit, non decernitur irritus contractus, ut habetur in Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 6.
1733. *Nullum Votum impedire vel irritare matrimonium. Hoc Lutherus non solum scripto, sed suo comprobavit exemplo. Cum enim monachus esset, vero continentiae obstrictus, monacham, eodem voto obstrictam.*

*Etiam in uxorem duxit. Sed si fides seruanda est data coniugi, multò magis seruanda erit data Deo, eodem dicente, si quid voulisti, nè moreris reddere.* Eccl. 5<sup>a</sup>

1734. *Votum Continentiae esse impium. Omnes passim.* An ergò impij sunt, qui quod in se bonum est, Deo vount, & seruant? An non ipsa à Deo suadetur continentia? Matth. 19.1. Cor. 7.

1735. *Votum Continentiae, seruatu esse impossibile.* Cum plurimi, non tam sub lege gratiae, quam naturae, ipsum seruarint? Omniaq; possibilia sint credenti, & à Deo p̄tentri. Marc. 9.

1736. *Scripturam sacrām perhibere, non esse in potestate hominis continere, Cum ibidem addat. Nisi Deus dederit: Deus autem omnia dat potentibus.* Matth. 7. Marc. Luc. 11. Sap. 8<sup>b</sup>

1737. *Magis suadendum esse homini sanctum matrimonium, quam periculosa continentiam.* Cum scriptura dicat, Non Eccl. 26. esse ponderationem continentis animæ. Et Apostolus magis suadeat virginitatem, dicens, Qui nubit, bene facit; qui autem non nubit, melius facit, i. Corint. 7.

1738. *Impium esse, Non permettere Ministris Ecclesiaz coniugium.* Cum Apostolus expressè scribat, oportet Episcopum & Tim. 3<sup>c</sup> esse continentem. An non oportet, quod oportet?

1739. *Pontificios docere, facilius tolerari, si Sacerdos plura alat scorta, quam si legitimū contrahat matrimonium.* Hess. loc. 21. err. 2. Cum matrimonia sacerdotum aliud non sint, quā scortationes, tanto fœdiōres ceteris, quanto esse volunt honestiores. Turpe siquidem est, ex fornicatione honestum velle facere matrimonium.

1740. *Apostolum expressè scribere, Episcopum debere esse viuis vxoris Virum.* Peccant ergò Ministri Lutheranorum, quo- rum pleriq; plurium sunt vxorum mariti. Quod si dicas id solū velle Apostolum, ne quis simul plures habeat vnā, planè sunt ridiculi, cum plures nullus petat, nec magis laicum quam Episco- sum vnius vxoris virum esse oporteat. 1. Tim. 3<sup>d</sup>

1741. *Monasteria Pontific. non esse aliud, quā incontinentium Monachorum, & Nonnarum prostibula.* Omnis passim. Sed si aliquorum dicerent Lutherum, Phil. Bucerum, & similes eorum

## Millesexcenti Errores,

Ministros & Superintendentes, quos ipsi tamen Euangelistas, Helias, & diuina quædam Spiritus sancti vocant organa, demonstrarent Pontificij, de omnibus vero id sentire & assertere, calumniosum est. Quod si Lutherus & habitum abiecit & votum, non idcirco Ordinis sui institutor Augustinus, cum multis aliis est arguendus, sed in memoria habendum, quod vulgo dicitur, *Omnis apostata persecutor est sui ordinis.*

1742. Multa fieri illicita in Monasteriis, proinde magis uertenda, quam fouenda. Quasi extra monasteria non eadem & plura fiant? Eteiusmodi Monasteria, Ministrorum ipsorum sint seminaria, ex his enim plerique prodierunt, & prodeunt.

1743. Sponsalia de futuro, irritare sponsalia de praesenti. *Luth. de Capt. Babyl. cap. de Matrim.* Opinio planè noua & erronea, cum sponsalia de futuro, aliud non sint, quam nuda promissio, per quam rei nullius dominium transfertur.

1744. Non recte Pontificios prohibere, ne quis eam, quam per adulterium polluit, in uxorem habeat, cum David Bersabeam, cuius etiam virum, ut ea potiretur, interfici curarat, accepit. Sed si exempla similia essent imitanda, à scriptura non reprehenderentur: Sed neque Canones, qui illud prohibent, Davidis tempore erant constituti.

1745. Licere Christianis, matrimonium iungere cum infidelibus. *Luth. de vit. Coniug.* Cum Apostolus expressè iubeat, ne iugum ducamus cum infidelibus, nullam enim esse societatem fidei cum infidei, periculumque esse, ne fidelis auertatur à Deo eiusque cultu. 3. Reg. 11.

1746. Non esse illicitum matrimonium cum hereticis. *Luth. cit.* Cum Apostolus hereticum hominem iubeat deuitare: Qui enim amat periculum, peribit in illo.

1747. Pontificios docere, Matrimonia cum Lutheranis in ita, ipso iure esse nulla: Contrarium ipsa monstrat experientia, quis enim aliquando talia irritauit matrimonia?

1748. Pontificios docere, licitum esse infidelem coniugem, propter diuersam religionem, dimittere. *Hesabus. in suis*

2. Reg. 11.

2. Corint. 6.

*Tit. 3.*  
*Ecccl. 3.*

*suis 600. Errorib. tit. 20. er. 8 Blaterat Heshusius, Cum ea non Pontificorum, sed expressa fœdi sit Lutheris sententia. Tom. 1. in Epith. & Tom. 4. in 5. c. Matth. Apud Pontificios verò nulla matrimonia rata dirimuntur.*

*1749. Non rectè prohiberi matrimonia in gradibus consanguinitatis & affinitatis. Cum plures eiusmodi gradus, etiam in veteri prohibeantur testamento. Leuit. 18. Inf.*

*1750. Rationem supputandi gradus cognationis, qua vuntur Pontificij, non esse rationi recte consentaneam, preferendam esse ciuilem. Beza. in lib. de repud. At magis videretur recta rationi consentaneum, quod omnes dicunt, quām quod vnuis vel alter recta rationi consentaneum esse somniat.*

*1751. Omnes regulas Canonistarum in supputatione graduum, esse ineptas & futilles. Beza ibid. Magnus Theologus, magnus esse debet Iurista & Canonista, qui omnes Theologos, Iuristas & Canonistas ineptos pronunciat & futilles; verendum autem, ne qui omnes ineptos iudicat, ipse ab omnibus iudicetur ineptissimus & futilissimus.*

*1752. Ineptam esse illam regulam Canonistarum, In linea recta tot sunt gradus numerandi, quot sunt personæ, una dempta, cum suspensi reliquat animum, quæ illa, & cur sit demenda. Beza ibid. At næ ineptus ipse, qui gradum querit in stipite, cum à nullo distet vel procedat? Si enim ab aliquo distaret, iam non prima, sed secunda esset persona? Itaq; si distantiam habet, ab illa habebit, quæ ab ipsa procedit, ratione cuius ipsa prima, & in gradibus minimè erit numeranda.*

*1753. Absurdam esse secundam Canonistarum regulam, In ordinem transuerso, si duo æquè distent à stipite, tot gradibus inter se distare, quo à stipite quevis illarum distat. Hanc regulam contrà communem sensum esse autumat Beza, cum natura dicet, tot esse debere gradus, quot sunt generationes, nec posse perueniri à fratre ad fratrem, nisi transitu per Patrem communem facto. At certè sensu communis magis carere, quām in aliis videntur desiderare; quis enim tam est sensus expers, qui à fratre ad fratrem transeun-*

D d d 3 dum

Millesexcenti Errores,

1751. **dum** putet per patrem, cum & què vterq; procedat & distet à Patre? nec ullam inter sese relationem habeant, nisi quatenus in uno conueniunt Patre? Vnde, si quis distantiam querat inter fratrem & fratrem, aliam querere non debet, quām quæ est inter patrem, & unum fratrem, eadem est enim inter fratres distantia, cum, ut dictum est, aliam inter se relationem non habeant, quām quæ est in uno patre. Quod enim vterq; uno à patre distet gradu, per accidens est, respectu distantie, quam ipsi ad inuicem habent.

1754. Absurdum videri, non magis distare fratrem à fratre quām filium à patre, cum ergo filius uno distet à patre gradu, fratrem à fratre vltiori distare debere. *Idem.* Cum non minus unus ac alter frater, filius sit eiusdem patris, vnde ab uno & eodem stipite, alter ab altero longius distare non potest, cum vterq; effetus sit eiusdem causæ. Itaque ad unum comparati stipitem, recte non nisi unum efficiunt gradum.

1755. Tertiam Regulam Canonistarum, *In linea transuersa inæquali, tot gradibus inter se distare, quot distat ille, qui est remotior à stipite, tam esse crassam, vt vel sola ostendat, istos esse Antichristos, per quos Deus vlcisceretur in vniuerso mundo veritatis sua contemptum, cui enim, nisi prorsus mente capto, in mentem venire potuit, vt existimaret, data duplice serie cognatorum, una ad dexteram, alteram ad sinistram, conspici quidem ex una parte discrimin generationum, in altera non item? Verba sunt Beza loc. cit.* Cum id ipsum contingat in linea transuersa æquali, iuxta secundam reg. licet enim inter se personæ singulæ distent, si tamē considerent, secundum habitudinem, quā in uno habent communis stipite, id planè conueniens est, & necessariū, quod tñ non sit, nec fieri potest, si propinquior consideretur persona stipiti, ubi consideratur distantia stipitis à singulis personis alterius lateris.

1754. Omnes gradus, in veteri testamento prohibitos, esse iuris diuini, & naturæ, ac proinde indispensabiles *Luther. Bucer. Kem. Hefshus. Calv. Beza, &c.* An ergo contra ius diuinū & naturæ ab initio fratres duxerunt sorores, ac proximas cognatas & consanguineas? Quo iure in Deut. præcipitur, vt frater fratri accipiat relictā, quod in Leuit. prohibetur?

*Leuit. 18.*

*Gen. 1. 29.  
Deut. 25.*

1755. Antiquos Patriarchas peccasse, quod in prohibitis gradibus contraxerint. At qui non est verissimum, viros sanctissimos, qui Deum ardentissime amabant, & peccata detestabantur, non solum scienter peccasse contrahendo, sed in perpetua vixisse fornicatione?

1756. Legem illam Deuteronomij, qua permittitur, ut frater fratri ducat reliquam, non intelligi de germanis fratribus, sed de aliis cognatis, qui in scripturis frequenter dicuntur fratres.

*Calvin. in 18. cap. Leuit. Cum eidem discipulus ipsius Beza contra-  
dicat. Et verba quidem script. haec sunt, Si habitauerint fratres si-  
mul, & unus moriatur sine liberis, non exibit vxore eius extra domum,  
sed ducet illam frater illius. Quod non nisi de germanis fratribus  
recte intelligi potest, vnde Iudas fratribus germanis eandem  
dedit vxorem, Genes. 38.*

1757. Leuitica illa præcepta, non solum esse iudicialia, sed etiam naturalia, eò quod ibidem dicitur, gentes in iis peccasse.  
*Philip. in Loc. Brent. in cap. 18. Leuit. Kemnit. At qui naturalia  
quoquo modo esse, Pontificij non negant, indispensabilia vero  
esse, minimè censem; multa enim sunt naturalia, quæ tamen  
sunt dispensabilia; sicut Naturalis lex est, ne quis hominem oc-  
cidat, & tamen à Magistratu occiduntur quotidiè plurimi.*

1758. Deum non sine causa grauissimam constituisse trans-  
gressoribus illorum præceptorum pœnam, proinde nullo modo  
censenda esse dispensabilia. *Iudem. At si nullo modo nulloque  
casu sunt dispensabilia, cur non solum non puniuit Abraham,  
quod fratri sui filiam haberet vxorem Saram, sed bene-  
dixit, & ex illo semine nasci voluit?*

1759. Ex Apostolo colligi, gradus illos in Leuitico prohi-  
bitos, ipsa quoq; lege prohiberi naturæ; neq; enim alioquin in-  
cestuorum Sathanæ tradidisset, quod nouercam suam duxerat.  
*Kemnit. At vnde colligitur, si unus & primus gradus affinitatis  
in linea recta, naturæ repugnat, omnes alios qui in Leuitico ex-  
primuntur repugnare? Deinde ex verbis Apostoli videtur  
colligi*

## Millesexcenti Errores,

colligi, incestuosum illum nouercam suam viuente adhuc duxisse patre, atq; ita non solum incestum, sed etiam commisso adulterium, ait enim, *scripti vobis, non propter illum, qui fecit iniuriam, neq; propter illum, qui passus est, sed ad manifestandam solicitudinem nostram*: Sanè si pater superstes non fuisset, iniuriā passus non fuisset, cum per mortem vinculum matrimonij penitus soluatur.

*Matt. 14.*

*Marc. 6.*

*Iib. 18 Antio-*

*quit, cap. 9. Ec-*

*Hieron. in 14.*

*cap. Mat. 10.*

1760. Ioannem Baptistam grauiter reprehendisse Herodē, quod fratri sui duxerit vxorem, quod non fecisset, nisi gradus ille, ipsi naturæ repugnasset. *Kemn.* Cum (vt Iosephus refert) id fratre adhuc viuente fecerit: Qui si etiam mortuus fuisset, quia tamen filiam ex semine suo reliquerat, non licebat Herodi secundum legem habere fratri sui vxorem. Quod enim quidam autumant, filiam illam non Philippi, sed ipsius fuisse Herodis ex Herodiade, non videtur verisimile, cum eo tempore, quo Herodiadē Herodes sibi copulauerat, filia iam saltare poterat. Herodiadē ergo ex Philippo, non ex Herode filia fuisse præsumit.

*Idem Luth. in 5.*

*cap. Matth.*

*com. 4.*

1761. Leges Connubiales ad Imperatorem, non ad Romanum pertinere Pontificem. *Brent. in cap. 19. Leuit.* At quo iure vel canone? An si talem Imperatores potestatem aliquando habuerint, eam non usurpassent? aut eripi sibi, cum potentissimi essent, à quoquam passi fuissent?

1762. Imperatorem cecidisse iure suo, quod leges suas Canonibus subesse voluerit. *Idem.* Itaq; secundum Brentium, Turcarum Imperator ius habet, quia legem auctoritatemq; suam Romano nondum subiecit Pontifici? An non iubentur ipsis etiā Ecclesiæ subesse & obedire Imperatores? *Matth. 18. 25. Deut. 17. Hebr. 13.*

1763. Prouocandum esse ab Imperatoribus fraude Pontificiorum deceptis & malè informatis, ad melius informatos vel informantos. An recte quoq; prouocant Iudei ad Messiam venturum? Et quis hacteratione appellationum erit finis? Cum & ipsis Imperatores, ab iis, quæ semel in Conciliis decreta sunt, appellari nolint?

1764. Illam legem cäsendam esse iuris nature, in qua Moy-  
ses

ies & Cæsar conueniunt. Brent. loc. cit. Sed quare non etiam ea, in qua Romanus Pontifex, & Romanus conuenit Imperator? An non ipse Moyses, & legem Cæsaris, & ipsum subiecit Cathedrae Moysis Cæarem? Matth. 25. Deut. 17.

1764. Non puduisse Martinum V. cuidam cum propria sorore relaxare matrimonium, sceleratissimum id factum esse. Beza lib. de Repud. Cum vt Antoninus refert, ea non fuerit germana, sed affinis, soror nempe vxoris sua mortua.

1765. Martinum V. dispensasse in illo casu propter pecunias datas. Beza. Cum vt idem refert Antoninus, qui eo vixit tempore, id ob ingens scandalum, nec sine maturo consilio, & longa disceptatione Theologorum fecerit.

1766. Prohibitionem illam septem vel quatuor graduum, antiquitati fuisse ignotam, cum in Concil. Epanen. ca. 30. Turon. 2. Canon. 12. Et Parisien. 1. cap. 4. non prohibeantur coniugia, nisi usq; ad secundum gradum. Kemnit. Beza. Atqui certum est, legem illam esse antiquorem, ut vel ex ipso pater Concil. Epanen. & Turon. quæ se ad superiora referunt Concilia, maximè ad Agathen. quod generaliter prohibet, ne quis ullam consanguineam ducat in vxorem. Idem in Wormatiensi. 32. q. 2. Can. In Copulat. Idem in can. Nulli, can. Contradicimus. ibid.

1767. Gregorium in Rescriptis ad Interrogata Augustini Anglorum Episcopic cap. 6. permittere Anglis matrimonia in 3. & 4. gradu, modò abstineant à secundo. Cum hoc ipsum ex dispensatione factum scribat lib. 12. epist. 31. ad Felicem Episcop. Messanen. alioquin ad septimum communi lege interdictum, ducentis plus annis ante ipsum definierat Iulius, 35. q. 2. Can. Nullum. Vid. Iuon. lib. 7. Decret.

1768. Nimis latè patere istos gradus, multasq; parere perplexitates, maximè apud rúdiores populos & Parochos. Ita communiter non tam aduersarij, quam multi etiam Catholicci. A quibus non vehementer abhorreo, maximè in gradib<sup>o</sup> lateralibus, veruntamen in hoc differunt Catholicci à non Catholicis, quod se suasq; opiniones Ecclesiæ subiiciant, & Conciliorum definitioni.

Eee

1769.

102

### Millesexcenti Errores,

1769. Cognitionem spiritualem, non recte constitui impedimentum matrimonij, cum omnes ex baptismo fratres simus & sorores. *Luth.* *Bez.* Atqui Ecclesia aliud definiuit, nec sine causa. Omnidem enim conueniens esse videtur, ut sicut consanguinei in iure non contrahunt, quia unus ab altero accipit esse naturale, ita quoque cognati spirituales non contrahant, quia unus ab alio accipit esse spirituale.

1770. Vaniloquos esse Pontificios, quod asserant, Ecclesiam clandestina matrimonia semper fuisse detestata, cum Consilium Trid. vltro fateatur, ea vera ac rata, atque adeo fuisse Sacra-  
menta. *Kemn.* At non fuit detestata, quia non essent rara, sed quod non essent legitima, siue legitimo modo cocontracta, sicut etiam non probat priuatam seu domesticam Eucharistiae celebra-  
tionem & asseruationem, non tamen ideo, si asseruerit & cele-  
bretur, veram Eucharistiam asservari & celebrari negat.

1771. Non recte certis anni temporibus prohiberi nuptias, cum nullo tempore sint mala. *Catulin. lib. 4. Inst. cap. 19.* Quasi id, quod in se bonum est, nulla circumstantia fieri posse malum, an non & ipse actus coniugalis est licitus? & tamen non omni loco vel tempore recte exercetur, quin ut orationis causa non nunquam intermittatur, Apôstolus suadet. Quamuis nec nup-  
tiae quidem, id est, contractus matrimoniales, villo prohibeantur tempore, sed nuptiarum duntaxat celebritates, solennis sponsa ad Ecclesiam deductio, apparatus, conuicia, tripudia, quae certis anni temporibus propter causas legitimas, recte prohibentur. Omnia enim suum habent tempus. *Eccl. 3.*

1772. Solennitates nuptiarum, olim tribus tantum anni temporibus, idque iustum ob causam, quod populus illis tempo-  
ribus communicabat, fuisse prohibitas. *Kemnit.* Cum nullo ipso tempore, nec propter ullam causam eas omittant, Adeo ve-  
ro nulla est apud eos temporum ratio, ut etiam Ministri eorum in despectum Papæ, nescio an etiam temporis, ipsa die Parasce-  
ues, quas sponsus Ecclesæ Christus in Cruce passus & mortuus fuit, suas cum gaudio & tripudio celebrent nuptias.

B. Cor. 7.

1773. Ideò nuptias certis quibusdam anni temporibus à Pontificiis prohiberi, quod existiment, sanctitatem illorum temporum, non ferre commixtionem carnalem. *Kemnit.* Atqui calumniam esse, nec ipsi quidem ignorant calumniatores; neque enim (ut dictum est) vel contractus matrimoniorum, vel sponsalia, vel copula, sed ipsa duntaxat prohibetur nuptiarum solennitas: Quod si etiam omnia illa prohiberentur, nihil prohibetur, quod sua sponte Christiani coniuges non obseruant, cum & in veteri testamento, certas ob causas, coniuges mutuo non-nunquam abstinuerint, & Apostolus orationis causa abstinere suadeat, i. Cor. 7.

1774. Coniugium non esse impedimentum orationis. *Hes-*  
*bus. loc. 21. er. 6.* Cum expressè Paulus suadeat, ut coniuges non-nunquam orationis causa abstineant. i. Cor. 7. Sup.

1775. Causas matrimoniales, ad ciuilem, non ad Ecclesiasti-  
cum pertinere magistratum. *Luth. in 5. c. Math. Phil. in loc. Brent.*  
*Kem.* Cum eas paßim suis arrogant Ministeriis: Nec vel Christus,  
vel Apostolus causaslibi propositas, ad sacerdtales remiserint iudi-  
ces, nec vllum aliquando Conciliū ad eos pertinere definiuerit.

1776. Pontificios docere, Causas matrimoniales, nulla ex  
parte pertinere ad magistratum ciuilem. Minimè; Nihil enim o-  
mninò, & omninò pertinere, vtrumq; à recto deuiat tramite.

1777. Impium & blasphemum esse, cogere Coniuges, vt in  
Missa copulentur; Atqui veri Christiani id sponte sua, non coacti,  
faciunt, nec quicquam hac in parte faciunt, quod eorum non fe-  
cerint Maiores, & omnes ante ipsos Christiani, nec impij, nec  
blasphemi. Quid verò de Missa sentiendum sit, diximus.

1778. Non esse insistendi circa hoc Sacmentum, ritibus & Cæremoniis veterum, sed in meliores reformatos. Cum,  
vt in cæremoniis Patrum nostrorum ambulemus & moriamur,  
omnes iubeant Prophetæ & scripturæ. i. Machab. 2. 2. Mach. 6. 7  
Prouerb. 6. Ierem. 6. Deuter. 32. Job. 8. Malach. 1. 2. 3. 2. Tess 2.  
Hebr. 13. Vnde Prouerb. 22. *Ne transgrediatis terminos, quos posue-  
runt Patres tui.* Tunc autem (ait August.) à nobis limes sanæ doctrinæ Lib. 2. Hippog  
Ecc. B. 2 defen-

265  
*Millesexcenti Erores,*

**Rufib.** epist. ad defenditur, quando termini, quos posuerunt sancti Patres, non transferuntur.  
**Episcopos Tuis** sur à nobis, sed obseruantur & defensantur. Prima enim salus est, recte  
fidei regulas custodire, et à constitutis maiorum nullatenus deviare.

**Cia & Campag-** Vanum autem est, vel arbitrari, vel affirmare, cæmonias Ma-  
iorum ab Ecclesia approbatas, esse contra verbum Dei; Si enim  
essent, ab Ecclesia quæ columnæ & firmamentum est veritatis,  
approbatæ nunquam fuissent.

## DE SACRAMENTO Extremæ Vnctionis.

**E**xtrémam Vnctionem non esse Sacramentum  
propriè dictum. Omnes Calviniſtæ & Martinistæ. Sed si  
1779. his opponas sensum & consensum omnium anté ipsos  
Christianorum, Patrium & Conciliorum, quid sunt dicturi?

1780. Non posse probari ex sacris literis, Vnctionem esse  
Sacramentum. At neq; probari potest, Eucharistiam vel Bapti-  
sum esse Sacramentum: quæ enim scripturæ? qui Prophetæ vel  
Apostoli, Eucharistiam dixerunt Sacramentum? Eadem autem Ec-  
clesia, quæ Eucharistiam, Extremam quoq; Vnctionem tradidit  
esse Sacramentum.

1781. Nullam Vnctionis huius in scripturis fieri mentionem.  
**Iacob. 5o.** Cum Apost. Iacobus apertam eius faciat mentionem, dicens:  
*Infirmatur quis ex vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, qui oreant super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum,*  
*& alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.*

1782. Non habere Institutionem à Christo: An non sufficit  
Apostolorum traditio? an tradidissent, nisi à Christo accepissent?

1783. Epistolam Iacobi non esse Canonica, nec tanta  
auctoritatis, ut ex ea dogmata fidei sine aliis scripturis Canoni-  
cis possint aut debeat probari. *Luth. Kemnit.* Expedita scilicet  
solutio, negare scripturam, quia tuam arguit doctrinam; Atqui  
Canonica esse, nemo haec tenus dubitauit. *Alibi,* 1784.